HN. 249997

JOSEPHUS II DEI Gratia Electus Romanorum Imperator, Semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, et Slavoniæ Rex Apostolicus; ArchiDux Austriæ. P.P.

Reverendi, Honorabiles, Spectabiles, ac Magnifici, Magnifici item, Egregii, et Nobiles, Fideles Nobis Dilecti. Ex Intimato Regii Nostri Locumtltis Consilii Jussu Nostro ad Vos exarato plenius intellexeritis, gravissima ea Rationum Momenta, quæ Nos eo adduxerunt, ut prioribus Supremis Comitibus ab Ordinaria gubernandorum Comitatuum Activitate dispensatis, Moderatio Eorundem aliis Individuis, partim de Numero priorum Supremorum Comitum delectis, partim vero Novitus per Nos nominatis, qua in qualitate Supremi Comitis, qua vero Administratoris concredatur.

Quemadmodum itaque Comitatum hunc administrandi Provincia Fideli Nostro Nobis sincere dilecto, Spectabili ac Magnifico Comiti Francisco Győry de Radvány per Nos Clementer delata habetur, atque Is Juramentum Jam etiam Officij ad Manus Nostras dixit, ita id ipsum Vobis finem in eum duximus benigne significandum: ut Illi omnem debitum honorem, observantiam, atque paritionem exhibere noveritis. In reliquo Vobis Gratia Nostra Cæsareo-Regia benigne propensi manemus. Datum in Archiducali Civitate Nostra Vienna Austriæ. Die Decima Septima Mensis Aprilis. Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Octuagesimo Quinto.

Josephus

Comes Carolus Palffy

Josephus Jablanczy.

Cottui Jaurinen:

Lect & Publ sub Grali Congr Cottus A-
nno 1785 die 16a Junij celebr

431.

~~10° 2° 1°~~

Per 25 Apl 785

Von Wien aus der Konigl. Hung. Hof Kanzlei.

Reverendis, Honorabilibus, Spectabilibus ac Magnificis,
Magnificis item, Egregiis, et Nobilibus N. N. supremo ac Vice Comitibus,
Judlium, et Juratoribus ac Toti Universitati Dominorum Prelatorum,
Baronum, Magnatum et Nobilium Comitatus Jaurinensis. Fid. Nobis Dilectis.

Jaurini

Ex Offo.

8

17 Apr

X